

*De figuris lapidum, &c.*

nata, non ita mollis ac friabilis ut præcedentium. Cutem extimā si adiras, & expolias, nigro colore pulchrè nitabit. Accepi à rhopopola quodam, qui ex Italia attulit. is aiebat Coralliu nigrum aliud verum esse: aliud verò spurium & ἄσόξυλον, hoc ipsum scilicet: idq; è Barbaria siue Africa adferri saualia. Saualia nomine. adhærere saxis in mari. extrahi autē è profundo ad orgyias ferè sexaginta. Interior pars, vt dixi, lignum est: inde partim cornea quædā & tenacior crusta, partim lapidea, hoc est durior fragiliorq; non tamen friabilis, circumnascitur. Color cutis è fusco, luteo & subuiridi cōstat. Sed crusta illa crassa & nigredine aliōve colore splendens, si polias, in minoribus tantūm ramis est, qui superiores sunt & prominent, minimo intus ligno. Crassiores partes pleræq; (ni fallor, aut inferiores saltē) cutet tantūm teguntur: quam si radas, marinus quidam & piscosus odor sentitur: & mox

lignum